



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Represalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Reliquiae, Repressalia.

111

Reliquiae collo suspensæ deferriri possunt. D. Thom. 2.2. q.
69. art. 4. ad 3. D. Anton. 3. p. titul. 12. c. 8. Syl. Fum. vers. reli-
quia. Navar. cap. II, num. 35. Azor. l.c. quest. 6. contra Ang.
vers. relig. 4.

De cereis formis, quas Agnus Dei appellant: vid. Azor. l.c.
cap. 6. Staph cum litteris gratiar. lib. 1. c. 2x. num. 10. Graff. l. 2. c.
2. 3. II.

A D D I T I O.

Repressalia.

Licent repressalia eo modo, quo bellum, scil. auctoritate
super principis, & altero principe, scilicet ejus qui læsit, monitu,
ut curet satisficeri, quod si non fit, potest læsus etiam ab inno-
centibus accipere, si aliter sua recuperare non potest, vid. Syl.
vid. vers. num. 2.

Repressalia non possunt fieri in persona Ecclesiastica, vid.
injur. l. 6. Cajet. eodem versic. Sylv. l.c. num. 8.

Residentia.

Vide v. *Beneficiarios.*

1. Residentia est persistencia in loco, in quo quis habet be-
neficium, consequenter ille dicitur non residere qui non ha-
bitat in loco beneficij, vel ab eo longe distat. *tom. 1. de onere &*
obligatione beneficiariorum ad residendum, disp. 5. punct. 1.n. 1.

2. Parochus dicitur ne residere, si sit ex tua finis parochiæ, e-
tiam si non multum distet ab ea? Resp. non dici residere, si ita
distet ut facilis ad ipsum aditus parochianis non pateat: hic es-
tim neque corpore, neque effectu, ob quem injunctorum & ins-
tentum est residentia munus, residere dicitur: secus si ad eum
locum divertat, in quo parochiani facile queant ad Parochum
recurrere pro sublevanda spirituali necessitate & sacramentis
suscipiendis; quia hujusmodi absentia non adversatur fini,
quem residentia respicit. *Ibid. num. 2.*

3. Quid verò dicendum de eo, qui aliquibus die horis ex-
tra parochiæ ambitum se confert? Dicendum eum non pecca-
re contra residentiam, etiam si hoc faciat recreationis causa,
modo nullum sublit spirituale subditorum detrimentum. *I-
bid. num. 5.*

M m . 6

4. O-